



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Directorivm. Servandi Pvblicas, Sacrasqve Processiones,  
Sev Svplicationes, Tam Ordinarias, quae fiunt certis  
diebus per annum; quàm extraordinarias, quae varijs ac  
publicis Ecclesiae de causis in ...**

**Coloniae Agrippinae, 1640**

Alius modus sepeliendi funus

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9480**

simo die. Per Iesum Christum Domi-  
num nostrum. Resp. Amen.

*Demum apud quosdam consuevit sacerdos  
facere signum Crucis super sepul-  
chrum dicendo.*

Signum Saluatoris Domini nostri Ie-  
su Christi sit signatum super te , qui in  
hac imagine redemit te , nec permittat  
angelum percutientem tibi nocere in  
eternum.Pax tecum.

## ALIVS M O DV S SE- peliendi funus.

**V**el Corpore in sepulchrum demisso, lo-  
co præcedentium intonet sacerdos  
*Antiphonam*: Ego sum resurrectio & di-  
citur Canticum Benedictus cum repetitio-  
*ne Antiph:* Ego sum resurrectio & vita  
&c. Postea sacerdos dicit: Kyrie eleison,  
Christe eleison. Kyrie eleison. Pater no-  
ster. interim corpus aspergit. vers. Et ne  
nos inducas in temptationem. Resp. Sed  
libera nos à malo. vers. A porta inferi.  
Resp. Erue Domine animas eorum  
vers. Requiescant in pace, Resp. Amen

G 3 Domine

*Vers.* Domine exaudi orationem meam.

*Resp.* Et clamor meus ad te veniat.

*Vers.* Dominus vobiscum. *Resp.* Et cum spiritu tuo.

### O R E M V S.

**F**Ac quæsumus Domine hanc cum seruo tuo defuncto ( vel famulatu*s* defuncta) misericordiam, vt factorum suorum in pœnis non recipiat vicem, qui ( vel quæ) tuam in votis tenuit voluntatem, vt sicut hic eum ( vel eam) vera fides iunxit fidelium turmis, ita illic eum ( eam) tua miseratio societ Angelicis choris. Per Christum Dominum nostrum. *Resp.* Amen. *Vers.* Requiem æternam dona ei Domine. *Resp.* Et lux perpetua luceat ei. *Verl.* Requiescat in pace, *Resp.* Amen. *vers.* Anima eius, & animæ omnium fidelium defunctorum per misericordiam Dei requiescant in pace.

Deinde à sepultura in Ecclesiam, vel in Sacristiam reuertentes, dicant sine cantu Antiph. Si iniquitates, cum Psalmo De profundis &c. Requiem æternam dona eis Domine, &c.

*Iustis*

Iustis his funeralibus persolutis , popu-  
lus in pace dimittitur , aut pro consuetu-  
dine loci , si ante non factum , sacrum incipi-  
tur , aut comites funeris domum reducun-  
tur in gloriam eius , qui dedit ad inferos  
& reducit . Missa tamen , si hora fuerit  
congruens , ritu pro defunctis , ut in die obi-  
tus , non intermittatur , ( etiam quantum  
fieri potest praesente corpore ) nisi obstet  
magna diei solemnitas , aut aliqua necessi-  
tas aliter suadeat , ut post Missam fiat us  
supra .

DE OFFICIO FACI-  
endo in exequijs absente  
Corpore defuncti , & in  
die tertio , septimo , trige-  
simo , & anniuersa-  
rio .

**S**i facienda sunt exequiae absente cor-  
pore dicto officio defunctorum si di-  
cendum sit & Missa , ea omnia fiunt quae  
supra titulo : Post Missam prescripta

G 4

sunt